



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Baptistae Mantuani Carmelit[a]e de patientia aurei libri  
tres**

**Baptista <Mantuanus>**

**Dauentrie, 1515**

Quomodo appetitus ligetur ca.xiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30534**

## Liber Primus

### Quomodo appetitus ligetur Cap. xij.

**Q**ontra hanc teterrimam pestem, quod aliud melius dari potest antidotum, quam quod Paulus ostendit dicens. Castigo corpus meum et in seruitutem redigo, ne cum alijs predicaueri, ipse reprobus efficiar. Pugnat ergo inter se haec duo spiritus, et ea pugna lex est, ut victor victo imperet, et quolibet trahat. Rem miramur intellige, quam si saperet et sibi recte consulere homines, fortasse vitam cautius instituerent, nec se ipsos inconsulte ac improvide viuendo, tot vitiorum cathenis alligarent. Usus et consuetudo ea sunt quae appetitum ligant et obstringunt. Consuetudo pro quae cathena est adamante solidior, per exercitium ususque contextiones actiones assidue annuli sunt, si appetitus ad id quod concupiscit, voluntatis assensus semel traxerit, unum cathenae amulum complicauit, si ceteras eam seduxerit, iam ex centum orbiculorum cathena contexta, collum victor voluntatis innodat, et captiuam ducens, illud et insultare non cessat. Hinc Hora. in epi. Animus rege, qui nisi paret, Imperat. hunc frenis hunc tu compesce cathena. Animus autem vocat impetum appetitus.

### Quid valeat habitus Cap. xiiij.

**A**thena haec a philosophis (qui res naturas subtiliter inspexerunt) habitus appellatur. Is continuis et frequentibus malis acrimonibus sic pedetentibus et sensibus nobis adheret et subrepat, ut in naturam transire videatur, sicut lignum a natura rectum, postquam diu flexuram passus fuerit, a curuitate dimoueri non potest, nec ligno minus tenaciter adheret ea figura, quam si ab origine curuatura venisset. Scitum est illud memorabile Lycurgi exemplum, qui volens populo quantum consuetudo possit ostendere, duos catulos, unum in syluis, alterum domi in populo educari fecit, mox convocatis turbis tale spectaculum exhibuit. Catulos adduci iussit, et proposito hinc lepore, hinc cacabo solui eos mandauit, qui populi assuetus erat, ad cacabum repentino cursu se praeiunxit, qui pro in syluis coaluerat, mira pedum leuitate fugientes lepores insecutus est. Videtur ergo habitus natura fortiores, ut pote quam subigunt, domant, et immutant, et unusquisque habitum habens, nisi diligenter